



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 8. Pontificis Legatus in Franciam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. mis suis subjecerat, eumque Castellodunum venientem Helveticorum Pagorum Deputati salutatum venerant, atque eidem fidem fecerant, quod eorum copiæ semper ad ipsius obsequium paratæ essent. Præterea Venetorum Respublica Henricum tanquam Regem venerabatur, ac ipsemet Mantuæ Dux eidem significari fecerat, quod de ipsius auxilio certus esse posset.

§. VIII.

Pontificis Legatus in Franciam delatus.

Thu. l. 97. **Davila l. 11.** **S**ub idem tempus Turonii conspiratio præcipue a Fratribus Minoribus conflata detegebatur, quam tamen nonnulli mortis supplicio expiare cogebantur: porro postea Vindocinum, Cenomanum, Falesia, pluresque aliæ urbes deditionem fecerunt: interim foederati toti in eo erant, ut Borbonius Cardinalis Franciæ Rex agnosceretur, unde illum sub nomine Caroli IX. proclamabant: præterea Pontifex Cajetanum Cardinalem Henrici nominationem præpedire jussu Parisios ablegabat, qui Lugdunum delatus Alphonso Ornano Tribuno, dum is in Delphinatu agebat, nuntiari fecit, ne hanc Provinciam ulterius turbaret, sed relictis Regis partibus sacro foederi accederet: verum

Tri-

Tribunus hoc monitum iniquo ferens animo Nuntio hæc respondit: „sum e- „quidem verus Catholicus, ac obediens „sacræ Sedis Filius, quantum ad res „sacras pertinet: at non minus Franciæ „Regis obsequio addictum me profiteor, „propterea ejus jussa exequi cogor, & „pro muneris mei ratione Gratianopo- „litanam, & Valentianam urbes hosti- „liter invadere obstringor, prout ad „Regis mei vota necessarium judicave- „ro.” Hoc responso exacerbatus Pa- pæ Legatus adhuc majorem conceperat dolorem, postquam proprio experimen- to edoctus fuerat, quod ob regii exer- citus victorias fœderatorum res usque adeo indies magis inclinarentur, ut ad prosequendum iter nec securitatem, nec militum præsidia sibi polliceri pos- set. (*)

§. IX.

(*) De hac fabula Thuanus nullam men- tionem facit, sed duntaxat refert, quod Le- gatus illos ad fidei constantiam, tranquillita- tem, & hæresum extirpationem hortatus fue- rit: quia vero nullam de Cardinali Borbonio mentionem fecerat, ideo fœderati ea potius, quæ Pontifex fecerat, ad placandos in præ- sens bonorum animos interpretabantur, quia ita Pontifici, & iis, qui ejus auctoritate res in regno administrabant, propositum esset,

Hist. Eccles. Tom. LI. B multi-

Sæcul. XVI.
A. C. 1589.